

PEPLUS

Bonorum Ingeniorum
Goldbergensium,

Ejusq;

CENTURIA I.


In quâ

quos Goldberga proinde Do-
doctrinâ & virtute clarissimi breviter
delineantur

Studio

Joannis Casparis Eberti,
Neokirchio-Javorani

OLSNE Typis Henrici Bockshammers
Anno 1784.



*Maximè Reverendo, Amplissimo,
Clarissimo atq; doctissimo*

DOMINO
DN. GEORGIO BRIESEO
Ecclesie Probsthaynensium Pastori
meritissimo vigilantis-
simoq;

Consanguinitate, Patrueli aternùm
devenendo, Benignitate, Mæcenati atq;
Patrono optimo, Afficqu, planè Parenti
amantissimo & ætatem dignis mihi
obsequiis colendo.

*Cum sortem studii confidero, non nego, quòd
Tu Pater & fautor, quem mea Mus*

Ingenii specimen dignum vix tradere possu
Attamen accipias, quod mea dex-
tra dicat.

Lib. 1 300988



Amplissimi Nominis tui
indefessus cultor

Joannes Caspar Eberti.

* (3) *

A.

I. **ANGELMANNUS (ANTONIUS)**
senator circa initium Seculi XVI.
in Patria (1) & Prætor oppidanus.
Angelmanne, forum iusto quod tramite
scandis

Hinc retinet nomen fama perenne tuum.

B.

II. **BERGERIUS (ABRAHAMUS)** Theolo-
gus eruditus & Pastor Pilnicoviensium
quondam in Bohemia, cujus meditationes
pascuales (2) publicam viderunt lucem.

Nec, Bergere, latent seros tua facta Nepotes,
Sitq; Bohema silens, extera terra sonat.

III. **BERTHOLDUS (NICOLAUS)** natus in
Pago Röchlitz propè Goldbergam, Phil.
Mag. ejusq; in Academiâ Viadrinâ (3)
Professor.

A 2

At,

(1) *Ex Msslo Goldbergensi.* (2) *Christoph. Hen-
reich in Panæctis Brandenburg. pag. 115.* (3)
Luca in den schlesischen Denkwürdigkeiten
pag. 614. & in der Tursien-Krohn pag. 257

* (4) *

At, tibi composuit, Bertholde, sophia coronam

Laude tuâ mixtas Odera volvit aquas.

IV. BEER (CHRISTIANUS) Ecclesie Deuschlaviensis in Ducatû Wolaviensium Pastor substitutus.

De te quid referam? nil dicit amicus amico,
Sint nisi amicitie pignora dicta bonæ.

V. BEYFRUS (JOHANNES) Ecclesie per decem vix septimanas in Patriâ Diaconus (4) abreptus peste Anno 1553.

Peste, Beyere, peris, nulli pietate secundus
Cum fueras: justos invidet axis humo.

VI. BEZOLDUS (GEORGIUS) Pastor initium Schönayensis mox Petro-Paulinus Lignicensis, hujusq; & Wolaviensis Principatus Superintendens, atq; in illustri Ducali Consistorio Præses. (5) De cujus Eruditione scripta, quæ evulgavit (6) stan-

(4) M. Caspar Wencelini in Goldbergâ Mssâ. (5) Kesslerus in Catalogo Pastorum Lignicensium p. 8. ult. & Fr. Luca in der Sürstien. Krohne pag. 176. (6) Hendorich l. 6. pag. 550.

* (5) *

stantur. Obiit Lignicil (7) die ultimo
Anni 1598. ætatis suæ 60.

In Lygiis summo Bezoldus munere fundus
Utq; obeat majus, vetus ad astra senex.

VII. BRISE (BALTHASAR) senator in curia Goldbergensium seculo XVI. (8)

Perdidit & crebrum speciosa oblivio nomen
Quod veruit Doctis Musa notare viris.

VIII. BRISEUS (GEORGIUS) Qvi Neokirchii natus, alterius tamen Patriæ loco semper habuit Goldbergam. Probst-haynensium Ecclesie Doctor, Patruelis multis mihi nominibus colendus & Patronus Parentis instar sempiterno honore devenerandus. Orationes ejus aliquot Parentales exactâ certe eruditione refertæ, Brege viderunt lucem.

Briseus invidiæ Morsus nil pene moratur;
Laudabunt vigilem postera fata pium.

XI. BUCHWALDERUS (VALENTINUS)

A 3

Or-

(7) Elias Reusnerus in Itagog. Histor. p. 659. Luca in Denckwürdigkeiten pag. 1271. & Chronica lawriana Mssâ. (8) Catalogus senatorum Goldbergensium Mssus.

* (6) *

Ordinum in Lusatia inferiori (9) Syndicus & Advocatus Ordinarius.

Unâ Buchwalderus agit duplex onus arte, Syndicus & Juris Practicus esse valet.

C.

X. CIRCLERUS (HILARIUS) Notarius Reipublicæ Patriæ circa Seculi XVI. annum LV. demum senator Anno 1566. pridie Calendas Octobr. pie defunctus.

Publica in officio bene tu, Circlere, notassi, Digna senatoris sit tua Crena loci.

XI. CIRCLERUS (LAURENTIUS) Senior. Senator initium & Prætor Goldbergensis, mox curiæ Consul & Prætor Provincialis, claruit ab Anno 1543 ad ejus usq; emortualem 1561. quo 5. Calendas Maij placide viram cum morte commutavit (10) ætatis suæ Anno 63.

Circlero meritas debuit Provincia Laudes Cui bene judicium consiliumq; tulit.

XII.

(9) Luca in Denckwürdigkeiten pag. 608. (10) Wencelius l. c.

* (7) *

XII. CIRCLERUS (LAURENTIUS) Junior. Initiò Primariorum Silesiæ & Moraviæ Procerum, atq; inter hos Illustris. Principum Joachimi Friderici & Johannis Georgii P. P. Ducum Legnesio-Brigensium, Caroli item Zierotinatis, Michaëlis Slawatz & Caroli Walstenii Baronum Jnclutorum Jnformator facundus ac felix (11) Patrii deinde Gymnasii Rector (12) & postea illustris Athenæi Brigani Moderator (13) qvi Bibliothecâ Gymnasio Brigensium sacratâ & stipendio literario contenterraneis Chrysopolitanis relicto nomen æternitati inseruit. Vir magni ingenii, excellentis prudentiæ, singularis eruditionis & doctrinæ summæq; diligentæ (14) Obiit in itinere Argentoratensi Spiæ Nemetum

A 4

(11) Luc. schickfusius in Chronico Silesiæ Lib. IV. Cap. 10. pag. 74. & Luca in Denckw. pag. 645. (12) Thilo in sceletio Goldberge p. 10. Prachius in Goldberga litt. G. 2. & Namslerus de Eluvione Catti part. 2. Cap. 6. (13) Luca in der Fürsten. Krohne p. 215. & Herrmannus de laudibus Gymnasii Brigani p. 9. (14) Kistelius in Encomio Silesiæ litt. E. 2. & Adams in vitis Germanorum Philos. p. 434.

metum (15) quinto Calendas Augusti
Anno Christi 1598. ætatis suæ 64.

Tertius appropereat Circlerus nomine clarus,
Mirum! tot gnatis vix datur esse bonus.

XIII. COLERUS (JOHANNES) Hunc Hen-
ningus Witte (16) perperam Berolinen-
sem scribit. Erat autem Phil. Mag. con-
cionator primum Dolheranus apud Me-
gapolitanos, deinde Archidiaconus Par-
chumensis, postea Pastor Rastenburgensis
(17) tandem Ecclesiæ Tetteraviensium
Doctor & Superintendens (18) scripsit
Calendarium perpetuum: œconomiam
ruralem & domesticam: œconomiam
Ecclesiasticam & alia quædam Polemica.
(19) obiit, admodum senex Anno 1639.
ætatis suæ 74.

Mira-

(34) Schiksfuss l. c. lib. 1. Cap. 42. pag. 243. A-
dani l. c. p. 433. & Cunradi Prosopogr. Adill.
2. p. 42.

(16) In Diario Biographico Tomo 1. ad Ann. 1639
lit. Oo. (17) Luca in der Fürsten-Roohn p.
245. (18) Luca in Denckw. p. 603. (19) Wir-
te l. c. & Beemannus in memorandis Erf.
pag. 118.

Miraris cur tot Colerus vixerit annos?
Mireris quod habet noxia scripta necl.

XIV. CUPIUS (MELCHIOR) Pastor initio
Gölschaviensis, in Diocesi Hainoviensi tum
Harpersdorfianus in agro Patrio, postea
Lubenensium Primarius, Circuliq; Senior
(20). Conscriptor errores Schwencckfeldia-
norum ad sereniss. Lyglorum Principem,
qui & nunc M&ti inveniuntur.

Nunc procul à Cupio procul hinc vos esse
protervi

Nam tibi Schwencckfeldj, solus nocere
cupit.

E.

XV. EVELERUS (JOHANNES) Hareko-
viensium quondam in Bohemiâ Pastor.
Tu patrios cur deseruisti Evelere penares?
Inveniet patrium doctos ubiq; solum.

F.

XVI. FEIGIUS (AUGUSTINUS) Phil. Mag.
Pastor Adelsdorffensis in Diocesi Auri-
mon-

A 5

mon-

(20). Luca in Denckwürdigkeiten pag. 447.

(10)

montanâ; Vir apprimè eruditus Poëta
lepidus ac facundus. Prodierunt ejus
Mcletemata anagrammatica & Comple-
mentum anagrammaticum Ordini se-
natorio Goldbergensi consecratum. Li-
gnicli 1639. 1640. 4to.

Cum tu sorte bonâ scripsisti Epigrammata,
Feigi,
Hinc nullum deté nunc Epigramma
mihi.

XVII. FEIGIUS (DANIEL) Johannis Con-
sulo-Rectoris Filius, senator Patriæ &
Reipublicæ Consul (21) ac Prætor provin-
cialis, atq; post Johannem Weisheitium
ab An. 1631. optimi Parentis dignus suc-
cessor, qvî consiliis egregiis & peritiâ
magnâ instructus curiam optimè guber-
navit,

Curia pauperibus clausâ est: Hæc tempore
Feigi,

Dives seu pauper dicere non potuit.

XVIII. FEIGIUS (JOACHIMUS) Danielis
Frater Natus minor, Phil. Mag. & J. U.
C.

(21) *Augustinus Feigius in Anagram. pag. 1. & 2.*

(11)

C. facultatisq; Juridicæ apud Lipsienses
assessor, Collegii Paulini Curator, Princi-
pumq; Collegiatus. Vir eruditus & Po-
ëta, qvem tellantur carmina ab eo elabo-
rato.

Feigius Astræ conjunxit & arte sophiam,
Hoc cernens follers Calliope erubuit.

XIX. FEIGIUS (JOHANNES) JCrus Rei-
publicæ Patriæ Consulo-Rector & Gym-
nasii Juris Professor (22). Vir certè do-
ctissimus & de Patriâ optimè meritis, qvî
Illustri Aurimontanorum Scholæ & Are-
opagi fasces raro sed salutari exemplo
(23) junctos moderatus est annos XXXIII.
Nemini gravis, omnibus charus & Patriæ
svavis. Natus est Anno Christi 1556. O-
biit 1617. Mens. Nov. ætatis suæ LXIII.

(24) Ora-

(22) *Præcius in Goldbergâ lit. G. 3. 6. Namf-
lerus de Eluviono. Cassi part. 2. Cap. 6. & Dan.
Fechneri syzgia Chryseridis pag. 1. & 2. edit.
Lignici 1597. 4to.*

(23) *Io. Blevelius in Elegiâ Valedictoriâ ad Auri-
montium pag. 4. & 5.*

* (12) *

(24). Orationem ejus laudat celeberrimus nostro tempore apud Bregenses Gymnasii Rector Godofredus Thilo. (25).

Herculeos prorsus Themidis Pythliq; labores,

Annos tot Feigi, sustinere manus.

XX. FEIGE (LAURENTIUS) Pastor quondam Deutmannsdorfensis, qui Anno 1601. in Ecclesia patriâ officio Diaconi functus est in vitis (26) tamen civibus. Dicitur hic Feige, timidus non esse volebat, Civibus in vitis munere functus erat.

XXI. FEIGLIUS (THEOPHILUS) P. L. C. Ducat, Lignicensis & Wolaviensis Vice superintendens, Lygiorumque Pastor [27] In æde Johanneâ, Judicii que Ecclesiastici Assessor struxit parentationes & conciones

(24) teste Epitaphio ipsi posito in Templo parochiali apud Aurimontanos.

(25) In vitâ Zachariae Barthii pag. 4.

(26) Wencelius in Goldbergâ Mssâ.

(27) Luce in Denkwürdigkeiten pag. 428. seqq. & 1871.

* (13) *

nes funebres (28) vitamq; clausit Anno 1652. IX. Calend. Decembr.

Cujus adest nomen fuerat non arida ficus,
Hæc populis arbor dulcia poma tulit.

G.

XXII. GERBICHIIUS (MATTHEUS) scholæ Olaviensis olim in Ducatû Bregensium Rector.

Silyphium lapidem vigilans Gerbichius urge
Atque indefessum laude coronat opus.

XXIII. GIRSCHNERUS [SIGISMUNDUS] scholæ primûm Aurimontii Collega, ultimûm pastor in pago Steinitz/ antea-liquot lustra exanimatus. Orator sævus, & Theologus longiori vitâ dignus.

Inter doctos, qui discis fera pectora mulcent

Girschnerus patrio clarus in orbe fuit.

XXIV. GURTLERUS (JACOBUS) Ab anno 1507. Goldbergensium Senator & Prætor

(28)

Anno 1652.

Clauda venit corvis properat sed poena columbis

Corviq; insidiis ista columba perit.

XXIX. HEDISCHERUS (GEORG) Ecclesi, qvz alitur in agro Bantem Ecclesiastes obiit Anuo 1703.

Commemorat laudes divinas hicce colonis præco dei, cûi laus nescia mortis erit.

XXX. HELMERICUS [DANIEL] Ioannis Helmerici, senioris filius, in austriâ in itinere & reditu ex Hungaria Neudeckii in sperato casu mortis, mirabili & ominoso fato, primo anno sui infelicissimi matrimonii extinctus & præreptus [32] ibiq; sepultus 11. Ianuarii, die saturni post Epiphania Domini Anno Christi 1597. ætatis suæ 31. Vir meliori fato prolixioriq; vitâ dignissimus.

Hic citò morte perit longis dignissimus annis;

Conjugio periit non male morte perit.

XXXI. HELMERICUS [GEORGIUS] senior. Vir opti-

(32) Ex Epitaphio.

optimus & integerrimus, cujus excellens fuit Doctrina atque prudentia [33] Hebraice, Græcè & latine doctus [34] magnâ pietate integritateq; ornatus, studiorum conservator, de Ecclesiâ, Scholâ & Republicâ patriâ bene meritus. Erat enim initium Illustris Scholæ Aurimontanæ Professor & magni illius Silesiorum Epicharmi Valentini Trozendorffii Collega (35) & nondum 23 annos natus per triennium Rector., Deindè cum in Italiam iter meditaretur assumendi in jure utroq; Doctoris gradum in curiam vocatus senatoris pariter ac Consulis spartam natus (36) magnâ cum curâ magnâque cum laude ac prudentiâ Rempublicam vexit & demum piè & placidè vitam cum morte commutavit Anno & seculi illius & ætatis suæ 36.

B

Qvod

(33) Adami in vitis Germanor. Philos. p. 170.

(34) M. Wolfgangus Iustus de Academiis & scholis Europæ Francos. An. 1554.

(35) Hoffmannus de Academiis & scholis Europæ lit. F. 4. b.

(36) Præchius in Goldbergâ lit. E. 3. & Namslerus de Eluvione Cassi part. 2. Cap. 6.

Quod lingvas calles toties numeraberis Adams
Hic homo doctrinā terqve quaterq; fuit.

XXXII. HELMERICUS (GEORGIUS) Junior. Eruditi parentis eruditus & magnus filius. Phil. Mag. & Pōta lepidus & facundus (37) cujus carmina passim typis divulgata admirantur lectores. Vir solide eruditus, Orator svavis & Philosophus acutus, qvi primū in Lygiorum scholā Rētoris munere (38) postmodum verò ultra V. lustra in Gymnasio patrio Professoris officio magnā cum dexteritate magnoq; cum fructu functus (39) & die 18. Sept. Anno 1580 pie (40) defunctus est

Degenerant[ur] animi in pejus plerumq; juventæ:

Hic fecus est imitans optima facta patris.

XXXIII. HELMERICUS (JOACHIMUS)
Geol

(37) *Lege Tilenum in Carminibus p. 465. & 535.*

(38) *Henr. Alischer in Rētoribus scholæ Lignitensis, 6. & Luca in denkwürdigkeiten p. 342.*

(39) *Præsius l. c. litt. E. 4.*

(40) *Wencelius l. c.*

Georgii senioris Nepos, Johannis filius, Danielisq; Germanus. Optimæ spei Juvenis, Jurium & legum Candidatus, Ornatissimus studiosus, qvi Lipsiæ in medio cursu studiorum in Domino immaturâ morte obdormivit (41) Anno Christi 1590. in Augusto ætatis suæ 27.

Præmatura rapit juvenem Libitina minacem

Inferior timuit, ne sibi causa foret.

XXXIV. HELMERICUS (IOHANNES) Pater. Georgii senioris filius eruditione & venerandâ senectute conspicuus per XLIII. annos curiæ Chrysolitanæ Prætor, Consul & senator ac Prætor provincialis (42) usq; ad An. 1602.

Felix consiliis, ætate & arte munitus:

Nullus enim felix, quam pia Musa fugit.

XXXV. HELMERICUS (IOHANNES) Filius. Summæ exspectationis Juvenis, studiosus & aulicus admodum eruditus,

B 2

qvi

(41) *Ex Epitaphio.*

(42) *Vechneri Syzygia Chrysolitidis pag. 4.*

* (20) *

qvi Domi in patriâ atq; in coelibatu ultimi-
mum vidit diem Anno Christi 1595. (43)
cum vitæ filum duxisset ad annum
XXXVI.

Aulæ cum placui, mors hinc mihi pallida
vitam

Surripuit nec dat laudis honore frui.

XXXVI. HENE (CHRISTOPHORUS)
Gymnasii primùm Magdalenzæ apud
Breslenses Collega (44) postea Diaconus
Bernhardinus Neapolitanus, (45) Anno
1611.

Dignus es inventus perfungi munere Breslæ,
Quid dicam? Patriam sæpè Propheta
fugit.

XXXVII. Henselius (SALOMO) Pastor
qvondam in pago Reichen (46) qvi dis-
putatione publicâ de sole Anno 1666. Vi-
tebergæ innotuit.

Sci-

(43) Ex Epitaphio.

(44) Hanckius in Propagatoribus Erudis. Vratisl.
pag. 49.

(45) Hanckius l. c. pag. 73.

(46) Ex Epistola, S. S. amici nostri è paucis co-
lendi.

* (21) *

Sciverat in vivis quid sit rota fervida solis,
At similis Phœbo nunc Pluto plura sciet
XXXVIII. HENSELIUS (GODOFREDUS)
Ecclesiæ Osnensis in Ducatu Svidnicen-
si antea verbi divini Præco, hinc Christi
exul, mox Pastor in pago Röchlitz / a-
griq; patrii Senior (47) senior Circulari-
ris, obiit ante aliquot annos vir veneran-
dâ senectute ornatus. Reliquit ora tiones
sacras, quas publicè impressas lectu di-
gnas judicant eruditi.

Præstitit Henselius multis dulcedine lingvæ,
Dignus erat senio, dignus amore perit.

XXXIX. HILLINGERUS (ABRAHAMUS)
Valentini Consulis Filius Anno 1601. piè
defunctus. Jctus non vulgaris & Rei-
publicæ scabinus in Patriâ (48) Vir lite-
ratæ & inculpatæ integritatis,

Hic Themidos cultor probus integritate pro-
batur,

O colcret mores! hos mala turba bonos,

B 3

XL.

(47) Luca in Denckwürdigkeiten pag. 467.

(48) M. Godofredus Thilo in vita Hillingeri pag. 2.

XL. HILLINGERUS (IOH.) Abrahami Filius Anno 1601. die 19. Sept. in hanc lucem editus. Doctrinâ clarus & per Angliam, Galliamque peregrinationibus celebris (49) Erat autem antea curiæ Goldbergensis Notarius ac syndicus per integra 3. Iustra. Notarius postea Cæsareus publicus & civitatis Procontul, qui Anno 1645. IV. Idus Decembr. diem obiit superum. Vir vitâ longiori dignus.

Anglia cum Gallis te laudavere peritum,
Patria conatum scit decorare tuum.

XLI. HILLINGERUS (VALENTINUS)
Pater, Jctus & senator Aurimontanus,
mox Prætor oppidanus, demùm Consul.
Vir gravissimus & de [50] Republicâ nostrâ apprimè meritus. Obiit 1563.

Cantat post obitum dignas Respublica
laudes

Mors tollit vitam: nobile vivet opus.

XLIIe

(49) *Lege Tilonis vitam Hillingeri hujus qua prodit Witteb. in 410. Conf. Aug. Feigii Anagrammata Num. V. p. 8.*

(50) *Thilo in vitâ Hillingeri p. 2.*

XLII. HILLINGERUS (VALENTINUS)
Junior. Johannis Proconsulis Germanus verè Germanus (51) Hic in Academiâ Basiliensi J. U. D. factus, redux Illustrioribus in Silesiâ familiis à Consiliis fuit & magnum nomen, celebremque famam consecutus est.

Germanus candorque, fides, pietasque, decorque

Despiciunt tumulos, ô Libitina, tuos.

XLIII. HINCRIUS (JEREMIAS) Doctissimus Juvenis ad altiora natus, qui tamen in medio studiorum cursu apud Saxonum Hallenses febris malignâ extinctus est Anno 1699.

Invidiâ Parcz rumpentes flamina vitæ,
Ostendunt juvenem moribus esse bonum.

XLIV. IUNGTER (BALTHASAR) antea scholæ Hilperhusanz in Franconiâ Rector, concionator postea campestris Meinungensis, qui ex Græca derivatione Parthenium se nominare consuevit.

B 4

Nil

(51) *Thilo l. c. pag. 3.*

* (24) *

Nil stabile in mundo, vagabunda & vita videtur:

Quid juvat hunc alios querere sponte soles,

XLV. KIFERTUS (CASPAR) Phil. Mag. Professor primùm [52] in Gymnase Patriz, tandem Rector (53) Poëta svavissimus, obiit 16. Nov. Anno 1583.

Dum te mente meâ volvo nil Musa ministrat,
Quod scribam titulo, clare Poëta tuo,

XLVI. KIFERTUS (CHRISTIANUS) (Phil. Mag. sub initium superioris seculi in Academia Archipalatina clarus. Orator gravis, elaboravit scalam Jacobi, ut & Parallelismum Myrti & Ecclesie, prodiit illa Manhemii in Palatinatu 1609 [54] Hic verò Heidelbergæ 1610. 4to.

Maximus eloquio Kifert non hæc satis illi,
Namque & Apollinea clarus in arte fuit.

XLVI.

(52) *Wencelius. in Goldb. MsEt.*

(53) *Namslerus l. c. part. 2. Cap. 6. Prachius l. c. lit. G. 2. & Trilo in sceletio Goldb. pag. 10.*

(54) *Georgius Drandius in Biblioth. Class. lat. pag. 156.*

* (25) *

XLVI. KRAUSE (FR.) Med. Doctor & Prædicator Lignicensis, Fanaticus & Bohemista, cui intercessit cum illo Teutonico Jacobo Bohemo commercium litterarium [55]. Extant hujus epistolæ, quibus libellos suo Krausio nostro de meliori notâ commendat. (56) scripsit viam salutis, ipse ab hac viâ aberans (57).

Hic aliis potuit sævos depellere morbos,
Verùm stultitiæ nulla medela suæ.

L.

XLVIII. LAUDISMANNUS (CASPAR) J. U. Licent. Divi olim Imperatoris Rudolphi II. Commissarius Friderici Ducis Württembergici (58) & Iohannis Christiani Principis Lygio - Bregensis Consiliarius Aulicus

B 5

circa

(55) *M. Lieffmannus in dissert. de fiesiorum Fanaticis §. 16.*

(56) *Alle vize Bohem. & Erasmi Franciszi zerbrechung der Spott- und Laster- Pseile Levi und Simeon pag. 26.*

(57) *Gvil. Ernestus Tenzeltis in Monathlichen Unterredungen Anno 1692. pag. 259.*

(58) *Fr. Luca in Denkwürdigkeiten pag. 597.*

circa initium superioris seculi aliquot li-
brorum editione notus (59). Vir gloriæ
cupidus, miri capitis, miræque ambitio-
nis, & propriæ laudis immodicus præco.
Peregrinationibus tamen (60) celebris,
quippè qui exteris in Regnis & Provin-
ciis per XL. annos extra patriam versa-
tus inclaruit, & peregrinatione [sunt ip-
sius Laudismanni verba (61)] terrestri,
Germanicâ, Gallicâ, Italicâ, Hungaricâ,
Turcicâ, Bohemicâ, Polonicâ, Burgun-
dicâ, Lotharingicâ Flandricâ Frislandicâ;
& maritimâ Hollandicâ, Ielandicâ, Ang-
licâ & Danicâ, varia & sæpè in bellis nec
non procellis maris, extremo vitæ cum
periculo expertus est, & laudis nomen
æternitati consecravit.

Quod

- (59) *Scripta ejus recensent Lipenius in Bibliothecâ Philos. pag. 554. 754. 1106. Et Drandius in Bibl. lat. pag. 374.*
- (60) *Lege dedicationem ipsius ad Academiam Wis-
teberg. Consilio de linguis Exoticis. stetini 1614.
4to edito præmissam.*
- (61) *In Consilio allegato pag. 225.*

Quod nimium famæ captasti servidus au-
ram

Laudismanne, rei nomen & omen habes.

XLIX. LANGERUS [CHRISTOPHORUS] cogno-
mento Gröbber / Christophori Consulis
Goldbergensium Filius; Phil. Mag. Lygi-
orum in Scholâ primum Rector, mox
Pastor Marianus perque illum Ducatum
Duumvir [62]. Dehinc apud Prussorum
Regiomontanos Ecclesiæ Palæopolitanz
Pastor & concionator Aulicus [63]. De
quo Anonymus ita: [64]: Dieser hat
auch Anno 1567. daß Corpus Doctrinz
Pruten. mit unterschrieben / er ist sei-
nes Dienstes entsetzet worden / wie D.
Mislenta in Disput. prozimal. V. super
Repitit. Corp. Doctrin. Pruten. und
Hartknoch pag. 370. in der Preussis-
schen Kirchen-Historie gedencket. O-
biit

- (62) *Alischer in Rectoribus Lignicens. num. V. Cu-
riofus silesius pag. 517. Et Keslerus in serie Pa-
storum Lignicens. pag. 2.*
- (63) *Luca in Denckwürdigkeiten p. 604 & in*
- (64) *Im kurzen Verzeichniß der Sönn-Lan-
dischen Bischöffe part. 4. pag. 54.*

bilit noster penultimo Januarii [65] Anno
1568. ætatis suæ 47.

Quid Langere, facis modicum ne tibi patris
offert

Munus terra, aliud pergis arare solum?

L. LEGNERUS (GEORGIUS) Scholæ, quæ nunc
in patria est Collega.

Quærerere perge precor studiosæ commoda
turbæ

Percipies studii præmia digna tui.

LI. LISCHWITZIUS [BENJAMIN] Med. Doctor,
Maximiliani II. Imperatoris ἀρχιαιργός
(66) qui in aulâ Cæsaris tanti æstimatus,
[67] ut Lobschützius diceretur.

Arte Machaoniâ tum res, tum gloria, cres-
cit,

Gratia pro meritis redditur ipsa tuis.

M.

LII. MERGO [DANIEL] Joachimi senatoris
anno

(65) *Anonymus l. c. p. 27. & Hartknoch, c. pag.
437.*

(66) *Laudemannus in Consilio de linguis exoticis
pag. 288.*

(67) *Laudemannus l. c. p. 113.*

Anno 1667 rebus humanis exermi, Filius;
Vir eruditus, Jctus egregius & nunc cu-
riæ patriæ Notarius, de Republicâ nostrâ
optimè meritus,

Ænea, Mergo, paras fidi monumenta labo-
ris,

Quæ perdent unquam tempora nulla ti-
bi.

LIII. MERGO (DANIEL GODOFREDUS)
Danielis Notarii Goldbergæ filius. Jctus
eruditus & nunc perillustr. Comitæ de
Rhedern secretarius in Strappitz / fautor
& amicus magno mihi nomine æstimant-
dus.

Raro equidem placuit genitoris semira gnato;
Quod rarum carum plusq; favoris habet.

LIII. MOSERUS (MARTINUS) Goldber-
genium quondam in Minervio Rector
(68) Anno 1634 peste ab reptus.

Moserus moderator erat cum laude Palæstræ :
Ah! potuit Rector tam citò peste regi ?

P.

(68) *M. Caspar Wencelius in Goldbergâ MSt.*

(30)

P.

LV. PAXMANNUS (HEINRICUS) Phil. & Med. Doctor, Illustris, quod florebat Goldbergæ Gymnasii Rector, Wittebergâ ad id munus evocatus (69) postea verò Medicinæ Professor Viadrinus in Marchiâ (70) De hoc Chronica nostra Mssâ: Alß Anno 1558. Henr. Paxmannus deß Gymnasii Rector die Discipulos more Academico regieren wollen / und Ihnen viel Licenz erstattet / hat solches J. J. Gn. nicht gefallen weßwegen er resignirt und J. J. Gn. zu troß sich nach Bunzlau gewendet da hin die führenehmsten seiner Discipeln, sonderlich die von Adel nachgezogen / vermeynend also die Fürstl. Schule zu zerrütten und dagegen eine berühmte Schule zum Bunzlau anzurichten / da es

(69) *M. Mart. Taburnus in Orat. inaugurali. Anno 1584. habita & Thilo in sceletio Goldb. p. aade Prachis Goldbergam litt. F. 3. b. 10.*

(70) *Luca in den Denckwürdigkeiten pag. 611. in der Fürsten-Krohne p. 254. Conf. Namslerius l. 6. Cap. 6. part. 2.*

(31)

es Ihme aber nicht gelungen ist er nach Stranckfurth gezogen / Professionem erlanget und aldar gestorben.

Vir alioquin in omni Doctrinâ & lingvæ Seorsim Græce cognitione (71) maximus. Corporis & mentis morbos, Paxmanne, valebas

Pellere: quid curas corpora sola tamen.

LVI. PERSONA (GODOFREDUS) Medicinæ Practicus in patriâ, Danielis Schneideri, Pastoris nuper ob fanaticum expulsi fautor atque defensor.

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se: Personam capiti detrahit ille tuo.

LVII. PEUCKERUS (SIGISMUNDUS) I. U. C. & celebris Vratislaviæ Practicus, qui redux ex itinere Viennensi ante triennium, in ipsâ patriâ ultimum vidit diem.

Peuckerus suscepit iter pietatis amore, In patriam rediens, tollitur in patriam.

LVIII.

(71) *Mich. Neander in Orbis terrarum Explicatione fol. 38.*

LVIII. PREUSSIUS (IOANNES) Scholæ Gold-
bergensis initiùm Collega infimus, dehinc
Pastor adjunctus Harpersdorffensis, mox
Consulis Hallmanni gener, & Ecclesiæ
in Patriâ Diaconus, Antiquæ fidei & do-
ctrinæ amator & orthodoxiæ Evangelicæ
contra novaturientes fanatos indefessus
assertor. Obiit VIII. Calendas Decemb,
[72] Anno 1701.

percussus, heu! periit jam turba fanatica,
gaude:

Heu! subito periit, mox peritura male.

R.

LIX. REIMANNUS (JOANN-DAVID) Joannis Rei-
manni Goldbergensium Decani filius.
In pago Kaltwasser natus, Goldbergæ
tanquam in alterâ patriâ educatus. Pri-
mum Rector Scholæ paternæ, mox Pastor
Bærsdorffensis, hinc Diaconus Haynovia-
nus tandem Ecclesiæ Stroppensium Pa-
stor-

(72) Vid. Unschuldige Nachrichten altes und neuen
Theologischer Sachen Anno 1703. pag. 599.

(73) Ex communicatione Dn. Sam. Rusivurmi
Pastoris Pricensis, fautoris, nunquam satis
colendi.

stor & Senior in Principatu Olsnensi. Obiit
1688. ætatis Anno 65. Mens. 6. die 17. (73)
Vir certe eruditus Chaldaicæ, Hebrææ,
Græcæ, Romanæ Patricæque Lingvæ perit-
us, & Oratione (74) Chaldæâ Regiomonte
memoriter recitatâ, celebris.

Chaldæo, Græco, Romano claruit ore
Reimannus, patrio, dic mihi, quantum
erat,

LX. REISELIUS (JOH. GEORGIUS) antea
Scholæ, quæ est Aurimontii Præceptor,
deindè Rector & Ministerii Adjunctus (75)
Vir apprime literatus, Philosophus, Theo-
logus & strenuus Errorum, quos fovent
hodierni Fanatici, confutator, veritatisq;
cœlestis magnus defensor. *B*

Reiselium frustra stolidæque fanaticæ, mor-
des:

Hoc nam vera vigent, plus nocitura tibi.

LXI. REUSNERUS (CASPAR) Illustris Au-
rimon-

(74) Programma ad actum Jubilai solemnem Regio-
montani, quod publicavit M.H. Ernesti, L.L.
Oo. P. P. pag. 5.

(75) Unschuldige Nachrichten Theologischer Sa-
chen A. 1703. p. 599.

rimontani Professor circa Anno. 1625. Eius extat Disputatio in Scholâ patriâ habita, de Materiâ seu subiecto Logices, quæ exiit Lignicij 1611. 4to.

Materiam Logices, rectâ ratione docebat Reulnerus, doctos publica charta docet.
LXII. ROTHKIRCH (WOLFGANG de) Toporcha in Panthen & Schwendfeldt. Consiliarius Lygio Brigenfis Aulicus Durcatusque Lignicenfis Capitaneus. Natus in pago Wolffsdorff propè Goldbergam A. 1573. die 25. Aug. Eques certè eruditus & litteris & peregrinationibus maximè celebris (76) obiit Ao. 1620. ætatis 46.

Te Rothkirchiadem luget Silesia doctum,
 Luget Chryforidos Lignicijque solum.

S.

LXIII. SCHEYDERUS (DAVID) Minervii primum patrii Collega, deinde Rector & Ministerii Adjunctus mox Pastor Obernircen

(76) Simeon Grûnau in Concione funebri editâ Lignicij 1621. 4to Adde Epitaphium ipsi possum.

ensis in agro Julioburgensi. Præceptor quondam ac hospes magno mihi honoris cultu suscipiendus. Emisit dissertationem de ΓΥΝΑΙΚΟΚΡΑΤΕΙΑ Wittenbergæ 1684. 4to.

Nunc debitas grates tibi nunc persolvo Magister,

Qui quondam in Ludo pars ego parva fui.

LXIV. SCHÖNWALDERUS (CHRISTOPHORUS) Ecclesiæ ante Reformationem Lutheri in patriâ sacerdos. Vir devotus & eruditus, nullique in superos pietate secundus, Primus inter Gymnasii tunc erigendi Patronos [77] magnusque litterarum fautor, qui Anno 1507 (78) sua occupavit fata.

Quid Schönwalderus? tulit hic præfagia
 Doctus

Quod schola doctrinæ sit moderanda piæ.

LXV. SCHÖNWALDERUS (MELCHIOR)
 C 2 Med,

(77) Wencelius in Goldbergâ & M. Namslerus l. c. part. 2. Cap. 6.

(78) Teste Epitaphio.

Med. Doctor in Academia Giffensi (79) Anno 1611. renunciatus. Medicus felix, in aula Cæsareâ Viennæ Pragæque celeberrimus & Bâhino, Horstio, aliisque summis in Medicinâ viris percharus. Vir, qui ex omni parte scientiis & doctrinis abundat (80) Oratio ejus, quam Horstius edidit (81) & Theses, quas Basilicæ publicavit (82) de ejus loquuntur doctrinâ.

Schönwalderus opem fert ut Podalyrius alter,

Gratus eras Regi, ac aulica turba tibi.

LXI. Scholzius (AUGUSTINUS) Samuelis Scholzii Senioris quondam Goldbergensium Filius natu primus: Collega Scholæ patriz [83] qui An. 1691. Mens. Majo, nescio quo fato in sylvâ Brockendorffianâ, spiritum emisit.

Schol-

- (79) *Horstius de naturâ amoris litt. G. b.*
 (80) *Laudisemannus in Consilio cit. p. 180.*
 (81) *Tome 1. opp. edit. norimb. 1660. in fol. & Goud. 1691. 4to. teste Lipenio in Bibl. med. p. 351.*
 (82) *Laudisemannus l. c. p. 405.*
 (83) *Zacharias Sommerus Pastor Wiefensis Hexapolitanus, in usâ Samuelis Scholzii litt. c. 3. b.*

Scholzius occubuit miserandus tempore Maji,

Tempore, quo viridis vivere terra solet.
 LXVII. SCHOLZIUS [GOTTLIEB] Augustini frater, prius Adelsdorffianus, mox Goldbergensis Pastor dignissimus (84). Optimi parentis non degener Filius & successor, XVI. Calendas Octobr. Anno 1687. rebus exermus humanis. Vir prolixioris spei, sed ævi brevioris, bonus orator. Extant ejus sermones parentales eruditè elaboratz.

Proterit ancipites subitò spes improba mortis Falx, sciat ut quisquis se brevis esse spei
 LXVIII. SPERERUS (DANIEL) Verbi divini apud Modelsdorffenses antea Præco, mox Christi exul, nunc Pastor in Ducatû Wolaviensi Zedlitzianus.

Exulis exilium tandem bona causa coronat:
 Hoc probat exemplum, docte Sperere,
 tuum

LXIX. SPERERUS [GEORGIUS] Rector primùm Scholæ Goldbergensis, dehinc Pastor Modelsdorffienus tum Mega-Bau-

C 3

- (84) *Sommerus l. c. litt. c. 3. b.*

disianus designatus, mox Ecclesie in Patria Diaconus, demum Pastor & Senior! tandem emeritus (85). Vir elegantè doctus atqve de Aurimontio suo optimè meritus. Continuavit B. Wencelii Goldbergam, obiit admodum Senex die 26. Febr, Hydrope ascite Anno 1697.

Non te pro meritis digne celebrare valebo,
Solut, id haut præstat totius Urbis opus.

LXX. SPERERUS (SALOMO) Georgii filius, Danielis Germanus verè Germanus. Scholæ Lubenensimum antea Collega, nunc Chysoceorum in Minervio Præceptor maximè industrius. Vir singulari pietate eruditione & integritate ornatus, fautor atq; amicus magnis mihi honoribus suscipiendus.

Candor in hoc ævo res intermortua penè est:
Nescio an verum hoc: quando Sperere vales.

LXXI. STEINBERGERUS (CHRISTOPH.) Reipublicæ senator in Patria & Consul adprimè meritus obiit Anno 1675.

Curia

(85) Ipse B. noster spererius in annotat. ad Wencelii Goldb. Mss.

Curia tristata est rapidâ, te morte, per emptum,
Consul, consiliis sæpè levata tuis.

LXXII. STÜBNERUS (CHRISTOPH) Pastor Ecclesie Lutherane apud Anhaltinos in Principatu Cotheniano, nunc piè defunctus.

Nonne in te, Stübnerè, ruet levis ultio zwingli,

Quid Cothenianâ Principis arce facis?

LXXIII. STÜBNERUS [MARTINUS] Ecclesie Bernsdorffensis in Diocesi Cervimontanâ Pastor, floruit seculo XVI. & calamo contra Calvinianos inclaruit. Prodiit ejus Imago & descriptio Calvinistæ & Calvinici Monstri Froncofordi 1595. 4to.

Zwinglius arte fuit magnus Stübnerus in ipsum

Insurgit, major vera probando fuit.

T.

LXXIV. TABURNUS (MARTINUS) Junior. Martini senioris, celeberrimi illius Goldber-

bergensium Reſtoris Anno 1579. [86]. e-
mortui Filius. Eruditus ſcientiarum
paternarum hæres, vir maximæ fidei &
indultriæ (87) eximie eruditionis & ſum-
mæ Jurisperitiæ. Romani primùm ſer-
monis pariter ac Græci in Gymnaſio
Patrio Profeſſor, deinde ſenatus populique
aurimontani ſyndicus atque Notarius.
Vir clariffimus & prudentiffimus [88]
qui Anno 1598. 5. Calend. F. vitam com-
mutavit cum morte.

Multa pater meruit doctè moderando ju-
ventam

Plus ne ſcholæ meruit Filius an Themidi?
LXXV. THILO (GODOFREDUS) Phil. Mag.
Moderator antea ſcholæ Goldberg. nunc
ab Anno 1678. Illuſtris Bregensium athe-
næi Reſtor & Profeſſor. Vir magnæ e-
ruditionis, magnæ exiſtimationis magnæ-
que autoritatis. Philoſophus, Historicus
& Orator. Ejus ſcripta Philoſophica
Phi-

- (86) Polius in Hemerologio pag. 150. & D. Cunradi
Proſopogr. Mill. 1. pag. 180.
(87) Nic. Henelius in vita Nicolai Rhedigeri liſt.
B. 2.
(88) Fechneri ſyzygia Chriſtoridiæ pag. 9.

Philologica, Mathematica, Hiſtorica & Ge-
nealogica ut & carmina & program-
mata eleganter conſcripta admirantur
lectores atque exoſculantur.

Credere ſi non vis famæ de laude Thilonis
poſſidet en doctum ſplendida Brega virum.

LXXVI. THIMÆUS (FABIANUS) Primus
inter præcones veritatis Lutheranz apud
Saganos (89) circa Anno 1529. clarus,

Prima viæ vere veſtigia preſſa Thimæo,
Forſan & in paribus præmia prima feret.

LXXVII. TILÉNUS (DANIEL) In Gallia
clarus, Phil. & S. S. Theol. Doctör, hujus-
que in Academia Sedanenſi Profeſſor Re-
formatus (90) Vir alioquin eruditus & ſtre-
nuus errorum Arminii adverſarius, ſed
inconſtans & lubricus (91). Celebris ta-

C 5 men

- (89) Luce in Denckwürdigkeiten p. 314.
(90) Curioſus ſileſius l. c. pag. 108. & Luce in Denck-
würd. pag. 599. Adde quæ habet Colerus in
laudatione Opitii p. 51.
(91) Hüſemannus de Auxiliis gratia pag. 80. Calovii
Arminianiſmus p. 14. Andr. Carali Tomo 1. me-
morabileſium Eccleſ. ſeculi XVII. lib. 2. C. 4. p.
292. & Hoffmannus in Lexico Univerſali Tomo
1. p. 528.

men controversiâ Bellarminianâ, systemate Theologico, syntagmate disputationum, aliisque scriptis quæ plurimis, quæ Bolduanus (92) Jamesius (93) Draudius (94) Königius (95) & Lipenius (96) recensent. Obiit Anno 1633. ætatis suæ 70. (97) ipsis Calendis Augusti.

Arminio bellum, tum Bellarmino, movebat
Hic tibi : quæ strages sternere magno-
duos.

LXXVIII. TILÉNUS (GEORGIUS) JUNIOR. Danielis frater Ao. 1557. ipsis Calendis Febr. intra 10. & 11. horam meridianam in hanc lucem editus (98) J. U. D. Ephorus primum Christophori genero sissimi Baronis à Tanhausen, ejusque in itinere per J-

(92) In Bibliothecâ Theolog. fol. 140.

(93) In Catalogo Bibliothecæ Badlejane p. 493. & in appendice pag. 34.

(94) In Biblioth. Classica lat. pag. 103.

(95) In Bibliothecâ p. 808.

(96) In Bibliothecâ Theologica T. I. pag. 63, 96. & T. 2. pag. 80. 403. 413. 531 732. &c.

(97) Witte T. 2. Diarii Biographici pag. 42.

(98) Adami in vitis German. Philos. p. 354. & Cunrads Profopogr. Mill. 1. p. 183.

taliâ comes (99). Podmodum serenissimi Principis Caroli Ducis Monstherbergensis in silesiâ Olsnensis & Comitibus Glacensis Consiliarius (100). Vir certe clarissimus, sapientiâ, doctrinâ, dignitate, Consilio & omnibus virtutibus præstans, atque de Patriâ, pietatis & literarum studiis præclare meritus [101]. Homo, quem natura Pœtam, sed fortuna Juris Consultum fecerat & Aulicum (102). Cujus Pœmata admiratur, magnisque collaudat verbis venustus ille Breslensium Pœta Henricus Mühlpsorth [103.] Obiit Tilenus Vratislaviæ IV. Non. Martii Anno Christi 1590.

[104]

(99) Freherus in Theatro pag. 917.

(100) Luca in Denckwürdigkeiten pag. 619. Sommevus in disp. de silesiorum Onophagia §. 5. Thilo in vitâ Zacharia Barthii p. 15. & Hanckius in Collegio Mscto, de silesiorum rebus part. 1. Cap. 2. §. 8.

(101) Carmina Tileni pag. 669.

(102) Io. Mehlius in Prefatione ad Carmina Tileni & Henelius in Breslographiâ p. 67. Conf. Stephanæ Pretorii ratio formandorum studiorum p. 146.

(103) In Carminibus Germanicis pag. 36.

[104] ætatis suæ XXXIII. 27. die post Nuptias. Vates certe prolixiori ævo dignus. Scripsit varia Calamo venusto, svavi ac terso: sic pugna Tartarorum in Silesiâ seorsim prodiit (105) in 4to. Quædam leguntur in Deliciis Germanorum (106) Poëtarum. Plurima verò collegit & Anno 1597. apud Lipsienses (107) in 8vo typis edi curavit Iohannes Mehlius, Tileni quondam Collega An. 1606. pië defunctus. Extulit in lucem me Chrysores ampla Burdorgis
In tumultum Themidos cultus ab arte ful.

V.

LXXIX. VECHNERUS [DANIEL] Phil. Mag. P. L. C. Primum in Athenis patriis Collega (108)

(104) Polius in Hemerolog. siles. pag. 88. Reusnerus in Isagog. Hist. p. 666. Balthasar Mencius in Epitaphiis Wittenb. sive Academia Wittenb. list. Ose. b. & Meisnerus in descriptione Ecclesie Wittenbergens. Collegiata p. m. 167. Sennertus in Athenis Wittenberg. Conf. Carmina Tileni pag. 670. 672. seqq.

(105) Lipenius in Biblioth. Philos. pag. 815.

(106) Tomo VI. pag. 690. 20ste Königl. l. c. p. 808.

(107) Draudius in Bibl. Class. lat. p. 1575.

(108) tum Scholz Javoranæ moderator (109); dehinc Professor patrius, Gymnasiiqve Pro-Rector, demum Curie senator & Pro-Consul. Obiit in Thermis vicinis Anno 1632, [110] die 23. Junii ætatis 61. Bonjugil 29. (111) Poëta facundus Philosophus acutus & Orator suo tempore celebris, Atticique pariter & Romani sermonis egregie peritus. De ejus eruditione Hellenolexia [112] Polyolatria (113). $\Delta\epsilon\iota\upsilon\mu\alpha$ syntaxeos formandæ; Amplificationes Rhetoricæ (114) Grammaticorum

(108) Egregie laudes ejus cecinit Io. Blevelius l. c. p. 1099.

(109) Cunradi Prasopograph. Mill. 1. p. 190.

(110) Hanckius in Orat pag. 234. Wite T. 1. Diarii Biogr. qui tamen perperam annum ejus mortualem 1631. scribit.

(111) Teste Epitaphio, quod Christ. spererius ipsi posuit.

(112) Bolduanus in Biblioth. Philos. p. 506. Catalogus Bibliothecæ Albertinæ p. 217. & Barthius in 4. Theb. Papinii pag. 1164.

(113) Hanckius in Collegio de Rebus silesior. Meß. pars. 1. Cap. 9. 31.

(114) Draudius l. c. p. 1402. & Lipenius in Bibl. Philos. pag. 41.

rum Canones (115) Carmina varia (116) Psalmi poenitentiales (117) syzygia Chryforidos & alia à eo elegantèr elaborata egregium perhibent testimonium, quæ meritò exosculantur Musæ.

Harmoniam Graeque docens, Latineque Minervæ,

Vechnerus Musis addit agalma suis.

LXXX. VECHNERUS (GEORGIUS) Pater. Goldbergensium initio senator & Prætor, demùm Consul. Vir de Republica Oppidi XLII. annos optimè meritus. Octogennarius obiit (118) Anno 1579. die 31. Octobr. Ne sit Vechnerus per lustra bis octo superstes,

Parce sex Menses præripuere seni.

LXXXI. VECHNERUS (GEORGIUS) Filius. Georgii

(115) *Jamafius l. c. p. 807. & Bolduanus l. c. p. 68.*

(116) *König. in Biblioth. p. 833. & Delic. Germ. Tomo 6. p. 885.*

(117) *Lipenius in Biblioth. Theolog. T. 2. p. 612. Oratio de inaudita eluvione Catti, à Vechnero conscripta prodit Ligni. 1608. 4to teste Henelio in silesiographia pag. 23.*

(118) *Ex Epitaphio in Templo parochiali Goldbergensis.*

gii Consulis primo-genitus, Danielis & Johannis Frater, scholæ, quæ est in Patria Præceptor, Ecclesieque per VIII. lustra Cantor (119) die 28. Jan. Anno 1628. ætatis 70. emortuus. Vir humanissimus & doctissimus (120). Reliquit Observationes Goldbergæ in Ms. Introitus, Profas, Responsorias & Hymnos, quos lingua vernacula excudi fecit Francofordi ad Viadrum Anno 1619. 8vo.

Mulsit Vechnerus sanctis concentibus aures: Cui favit tacito pectore pressit onus.

LXXXII. VECHNERUS (GEORGIUS) Nepos. Hепенheimensium (vulgò auff der Bergstrasse) in Palatinatu inferiori olim Ecclesie Doctor.

Cur tibi non tua gens sed Palatina placebat? Arte, palatinus dixerat esse suum.

LXXXIII. VECHNERUS (JOHANNES) Georgii senioris Filius natu medius, pfortnæ in Lusatia inferiori annos XXXIX. pastor, in statione sua peste exanimatus est 24. Septemb. Anno

(119) *Johannes Blevelius in Elegia valedictoria ad Goldbergam p. 10.*

(120) *Vechneri syzygia Chryforidos pag. 12.*

Anno Christi 1627. (121) ætatis 58.

Hunc inimica lues homini statione repellit :
Hæc ratione, pius stat bene, qvi cecidit.

LXXXIV. UNGARUS (JOHANNES) phil. Magister
& usque ad annum 1566. Ecclesiæ in pa-
tria Diaconus (122) bene meritus.

Et tua te virtus doctrinaqve tollit in astra
Ungare nunc tenet tecta beata poli.

LXXXV. VOGEL (GEORGIUS CHRISTOPHORUS)
phil. Mag. & Goldbergensium antea in
scholâ Rector, Ministeriiqve Adjunctus
(123) mox Ecclesiæ Diaconus, post ob
tristissima & nunquam satis deploranda,
in quæ incidit tempora, in ipsâ patriâ
Exul; nunc vero meliore sorte suffultus
Olsnæ præpositus ad St. Georgium & Ma-
riam dignissimus, nec non Consistorii Du-
calis Assessor. Vir elegantet doctus, pa-
tronus multis mihi honoribus colendus.

Dura licet fors est propriis discedere tectis,

Dura licet, Mollis sit moderante DRO,

LXXXVI.

(121) Ex Epitaphio a Daniele fratre ipsius posito.

(122) Wencelius in Goldbergâ Mstâ.

(123) Leg. die Unschuldigen Nachrichten altes und
neues Theologischer Sachen Anno 1708. pag.
599.

W.

LXXXVI. WEGNERUS (BALTHASAR) M. Bal-
thasaris Wegneri, Misnensis, pastoris &
Decani quondam Goldbergensium, Filius.
Antea Ecclesiæ patriæ Diaconus, postea pa-
stor in pago Lonnitz (124) propè Hirsch-
bergam circa an. 1616.

Magnus erat genitor, quid, quod non Filius
idem?

Hoc satis est magnum dona tenere Dei.

LXXXVII. WEISMANNUS (JOHANNES) Baccalaureus. Scholæ Neapolitanæ apud Vra-
tislavienses præceptor. Obiit (125) anno
1568. die 6. Octobr.

Tu faciles animos Breslæ formare volebas
Artibus: hoc præstans efficit artis opus.

LXXXVIII. WEISTIUS (DAVID) pastor prius in
pago Bertelsdetff / mox Diaconus Rei-
chenbachensis, nunc pastor Arnsdorffensis
Hexapolitanus. prodiit ejus *Glockens
Andacht* Gorlicii 1699. 8vo.

D

Cam-

(124) Ex Mstto Catalogo Pastorum & Diaconorum
Goldbergensium.

(125) Hanckius in Propagatoribus litterar. Fratisl. p.
63. & 77.

Campanæ sonitum devotè Weiffius urget
Voxque suæ laudis non sine mente sonat.

LXXXIX. WENCELIUS (CHRISTOPHORUS) Jllu-
stris scholæ, quæ erat Aurimontii Colle-
ga & per integra sex lustra patriæ Cate-
cheta (126) die 15. Febr. anno. 1616. ætatis
suæ 60. piè defunctus.

per tot lustra piis proponens dogmata san-
cta

Facta viasque tuas dicere sancta licet.

XC. WENCELIUS (CASPAR) phil. Mag. initio
pastor Guttmanndorffensis in Principatu
Osnensi, dehinc Ecclesiæ nonmodo in
patriâ Diaconus, sed & in scholâ Rector
atque ludi literarii Inspector. Vir erudi-
tus & diligens, Theologus & Historicus.
Obiit apoplexiâ correptus VIII. Calendas
Decembr. Anno 1659. (127) Reliquit præ-
ter Indices Locorum Communium The-
ologicorum, Goldbergam sive Notabilia
Goldbergæ Idiomate vernaculo conscrip-
ta. Col-

(126) *Wencelius in Goldbergâ Mss. & Io. Blevelius l.*
c. p. 10. & 11.

(127) *B. Georgius spererius in Annotationibus ad Wencelii Goldbergam Mss.*

Collegis patriæ sollers Wencellus acta;
Quis tua, Wenceli, dicere facta potest.

XCi. WIHLIUS (BARTHOLOMÆUS) P. L. C. pastor
in pago Olbersdorff & Dioceseos Auri-
montanz Senior circa an. 1608.

Te lauru celebrem jactat Goldberga Pœtam,
Calliopen monstrant carmina docta tuam.

XCII. WIHLIUS (CHRISTIANUS BALTHASAR) Me-
dicinæ Doctor atque in patriâ practicus,
Amicus ac fautor è paucis colendus.

Dat Galenus opes, vulgo proverbialia dicunt,
prospicit ille suus ne sit amicus inops.

XCIII. WIHLIUS (CHRISTIAN-ZACHARI-
AS) Med. Doctor, Disputatione de Diar-
rhæa notus, nunc Practicus Reichenba-
chenfis & Physicus.

Quidque Diarrhæam sequitur, quid fluxibus
obstat

Scis bene, porrò te. Quid Medicina velit.

XCIV. WIHLIUS (VALENTINUS) Senior. Jctus
Reiqve publicæ Aurimontanz Notarius,
qui hoc munere integros XXIII. annos
(128) integerrimè & summa cum laude

D 2

fun-

(128) *Thilo in vitâ Barthii pag. 20.*

functus est, Obit 1582. (129) 12. Calen-
das Maii.

Velle suum cuique est : verum si pessima
vellet

Nulla parasset Wihl præmia laude sibi.

XCX. WIELIUS (VALENTINUS) Junior. M. Za-
charii Barthii celeberrimi illius optimi-
que Goldbergensium Consulis dignissi-
mus gener (130), Reique publicæ in pa-
triâ Notarius.

Associare bonis, cum claris ducere vitam
Hoc probat in magnis quod voluisse sat
est.

XCXI. WIELIUS (ZACHARIAS) Jctus & curiæ
in patriâ senator & Frætor, die 16. Sept.
1692. defunctus.

Et tibi parca nocens properavit rumpere
vitam,

Subsidio posses ne bonus esse bonis.

XCXII. WILDENBERGIUS (HIERONYMUS) cogno-
mento Cingulatrinus vel Ferimontanus,
sive

(129) *Wencelius in Goldbergâ Mssâ.*

(130) *Thilo in vitâ Barthii pag. no. 20.*

sive ut aliis audit Gûrtlerus. Ioannis Gûrt-
leri Consulis in patriâ Filius. Primùm
scholæ Culmensis in Borussia Reçtor,
deindè Aurimontii Athenarum Silesiæ
instaurator, primusque scholarcha (131).
Postea Medicinæ Doctor (132) & Physi-
cus Thoruniensis apud Prussos. Theo-
logus, Medicus & Philosophus eruditus.
Extant ejus pereruditi ingenii momumen-
ta: s; nonyma varia (133). Libellus de vo-
cum (134) proprietatibus. Epitome Philo-
sophiæ moralis & Compendium Philoso-
phiæ naturalis in Physicam Aristotelis (135)
Clausit demùm vitam annis plenus (136)
venerandus noster senex Anno 1558.

[137]

(131) *Curiosus Silesius ad Lucam pag. 96. Wencelius
in Goldbergâ Wolfgangus Iustus de Academiis
& scholis. Thilo in sceleto Goldb. litt. a. 3. b. P.
Freheri Theatr. Clarorum Virorum p. 1239. &
Namslerus l. c. part. 2. Cap. 6.*

(132) *Sennertus in Athenis Witeb. lib. 1. Cap. 9. p.
114. & Præchius in Goldbergâ litt. E.*

(133) *Paulus Bolduanus in Biblioth. Philos. p. 598.*

(134) *Lipenius in Bibliothecâ Phil. T. 1. p. 385.*

(135) *Simplerius in Bibliothecâ p. 354.*

(136) *Adami in vitis Philosophorum p. 170.*

(137) cùm eam duxisset ad annos 93.

Qvas artes spectem, qvz de te nomina dicam

Nescio, nam tua mens omnia scire cupit.

XCVIII. WISÆUS (DAVID) Apud Havelawer-
denses quondam in Comitatu Glacensi
Evangelii Præco.

Artibus insignis monstrat pia facta Wisæus,
Sed rectè ut doceat, quod facit ipse docet.

XCIX. WISÆUS [MELCHIOR] Rector antea Ha-
velswerdanus, postea scholæ Monsterber-
gensis Moderator, tandem Goldbergensis.
Deposuit vitam Anno 1631. Vir eruditus,
& non solum vernaculi, sed & Toscani
pariter ac Græci & Romani Jdiomatis
gnarus. Transtulit ex Italico in Germa-
nicum librum subtitulo: ΓΝΩΘΙΣ Ε-
ΑΥΤΟΝ & alia magnâ cum utilitate lo-
guntur.

No-

(137) *Königius in Biblioth. p. 869. Adams in vitis
Medicorum & ex eo Freherus in Theatro pag.
2240.*

Notitiam summam cupiet qui ritè tenere,
pergat Wisæi volvere scripta pia.

Z.

C. ZOBELIUS (GODOFREDUS) Melchioris Zobe-
lii senatoris quondam Goldbergensium
Filius. Antea J. U. Prædicus in Patriâ
atqve scabinus, nunc senator Curiz &
Prætor.

Pepli laude suâ finem Zobelius ornat
Omnia nam bona sunt clausula quando
bona est.

FINIS.

Ad Autorem Amicum.

Clara tuæ gentis connectis nomina peplo;
Te peplo famæ Patria grata dicat:
Nomina tanta tuo pergas renovare labore
Teqve novo dicet nomine Senftelebium. (*)

(*) *Cujus Peplum Boleslavenf. rerum Patriarum a-
matoribus notum est.*

*M. Godofredus Balthasar Scharff.
Pastor Gölfschaviensis.*

VIRO

Maxime Reverendo, Clarissimo
atque Doctissimo

DOMINO

M. JOANNISA-
MUELI LAURENTIO,

Theologo & Sacrorum apud Gorlicenses
Antistiti Primario, nuper legitime
accerfite atque ac constituto,

de

Theologis quibudam Macrobiis
vel ex,

vel in

LUSATIA,
Schediasma

transmittit

Matthæus Hanfi,

Bluno-Hoyerswerdanus.

Gorlicii, Sumptibus Joh. Gottlob Laurentii,

Tvois Nicolai Schillij Anno 1712.

